Universitätsbibliothek Paderborn

Disputatio || excellentium. D. doctoru[m] Iohannis Eccij & || Andre[a]e Carolostadij q[uae] cepta est Lipsi[a]e || XXVII. Iunij. An. M.D.XIX.

Eck, Johannes
Karlstadt, Andreas

[Erfurt], 1519

VD16 E 320

Protestatio patris M. Lutheri Jn nomine d[omi]ni αμHN.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32477

Visual Library

Incipit diſputatio Excell: theolo: Johannis Eckij et Martini Luttheri auguſt: que cepta fuit Quarta die Julij M.D.xix. hora ſeptia.

Proteſtatio patris M. Lutheri In nomine dñi αμην.

¶ Proteſtationẽ vtriuſq; egregij dñi et Andree Carolo: et Johannis Ecckij amplector et ſequor. hoc vnũ addo. q pro reuerentia ſummi Pontificis ⁊ Ro: Eccleſie libens hanc materiã. non neceſſariã et mire inuidioſam ꝑtermiſiſſem. niſi per ꝓpõnem egregij d. d. Joannis Ecckij in eam ꝓtractus fuiſſem. Doleo etiam eos non adeſſe quos maxime oportuit. qui cum et priuatim et publice toties me crimine hereſeos ꝓfanarunt. nunc cum inſtet cognitio cauſe. ſe ſubtraxerũt. heretice ꝓuitatis inquiſitores dico. qui fraternã monitionẽ et doctrinam poſtpoſuerunt criminationib⁹ ſuis.

Scopus.

De poteſtate imo de primatu Romani pontificis Ecckij proteſtatio.

¶ In noĩe tuo dulcis Jheſu. Anteq; in arenã deſcendã. Proteſtor coram vobis illuſtriſſimis. nobilib: magnificis. et excellentiſſ: dñis. oĩa ꝑ me dicenda et dicta inprimis eſſe ſubiecta iudicio prime ſedis. et dñi in ea ſedentis. Deinde quorũlibet aliorũ. quorũ eſt errantes corrigere. et ad veritatis cognitionẽ reducere. Et q2 reuerendus pater in prefatione ſua quaſi ſe excuſando teſtatur ſe libenter hanc omiſiſſe materiã. pro ſummi pontificis reuerentia. niſi per meam ꝓtractus fuiſſet ꝓpoſitionẽ. At meminerit reuerẽdus pater niſi prius ipſe in reſolutorio. ante tpa Syluestri negaſſet Ro: pontificẽ alijs ſuperiorem. non fuiſſet neceſſariũ me tredecimã illã poſuiſſe ꝓpõnem. et q in actis coram legato ſedis aplice btm̃ Pelagiũ pontificem Euangelica ſcripta torſiſſe cauſatur qui tamẽ maxime oĩm ad ſanctoꝝ patrũ intentionẽ verba Chriſti accepit. fruſtra ergo Reuerẽdus pater in me cauſam torquere nititur cui ipſe non ſemel occaſionem ꝓſtitit. Sed iam ambagib: reſectꝫ. pricipale inſtitutũ deo duce aggrediamur.

¶ Reuerende pater. veſtra concluſio tredecima mee cõtradicens. fatet Roma: eccleſiam eſſe alijs ſuperiorẽ. iuxta frigidiſſima Romanoꝝ pontificũ decreta intra quadringentos annos nata. quibus obſtare dicitis textum ſacre ſcripture. et hiſtorias approbatas mille et centum annorũ. Cõtra quã ſic oppono.

¶ Monarchia et vnus principatus in eccleſia dei eſt de iure diuino. et a Chriſto inſtitutus. quare textus ſacre ſcripture. vel hiſtorie approbate ei non aduerſantur. Quoniam eccleſia illa militans que eſt velut vnum corpus. iuxta diui: